Sed curiose agentes. Hos quoque qui
deditum esse operi nolunt uno accidiae
morbo corruptos pronuntiat con
testatus est. In priore namque epistula in
ordinatos [illegible] eos appellat. nec
secundum traditionem ambulare
quam acceperunt ab eo. Inquietos etia
te definit et gratis panem mandu
care. Rursum hic audiuimus inquid
quosdam inter uos ambulare. inquie
te. Et subiungit statim secundum lan
guorem qui inquietudinis huius est ra
dix. Nihil inquiens operantes. Terti
um quoque morbum qui ex isto uelut qui
[illegible]dam ramusculus oritur.

Sed curiose agentes.

XIIII Itaque fomitem uitiorum tantorum con
grua nunc etiam curatione confer
re festinat. Et illa apostolica
qua usus fuerat paulo generali
posita potestate. Iterum ad uis
cera pii patris uel clementis medici